UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Cap. VIII. Archiepiscopatus Electorales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

CAPVT VIII.

Archiepiſcopatus Electorales.

QVAMQVAM eorum Electorum ditio etiam vltra Rhenum porrigatur, hic tamen in vetere Galliâ conſtituitur, quoniam magnâ ex parte huc ſpectat. Porrò de dignitate ſingulorum ſuprà egimus.

TREVIRENSIS ditiſſimus ob portoria quæ exigit ex Rheno, & Moſella: multos habet nobiles ſibi ſubditos, & quoad Eccleſiæ regimen Epiſcopos tres Lotharingiæ: eſt quoque Spirenſis Epiſcopus in præſentiâ.

MOGVNTINVS paucis locis cis Rhenum imperat, ſed trans Rhenum pluribus regionibus eius ditio implicatur. Habet aliquid pariter in Haſſiâ & Thuringiâ: Epiſcopos autem ſuffraganeos Vormatienſem *de Vormes*, Spirenſem *de Spire*, Argentoratenſem *de Strasbourg*, Curienſem *de Coire aux Griſons*, Paderbornenſem *de Paderborn*, Halberſtadienſem *d'Halberſtad*, Herbipolitanum *de Vvirtzbourg*, Aichtadienſem, *d'Aichſtad*, Verdenſem *de Verden*, Hildeshimenſem *d'Heildesheim*, Conſtantienſem *de Conſtance*, Auguſtanum *d'Ausbourg*.

COLONIENSIS, non tantùm aliquot habet vrbes nobiles cis Rhenum, ſed ſibi Ducatum Veſtphalienſem arrogat, reuera Comes eſt Anſpergenſis. Eius ſuffraganei ſunt Leodienſis *de Liege*, Monaſterienſis *de Munſter*, Mindenſis *de Minden*, Oſnabrugenſis *d'Oſnabrug*. Nunc ſimul & ſemel poſſidet Epiſcopatus Leodienſem, Monaſterienſem, Paderbornenſem, & Hildeshimenſem cum præpoſiturâ Stablenſi.

ARCHIEPISCOPATVS TREVIRENSIS

- TREVIRI: *Treues*, Germanicè *Trier*: ibi palatium antiqui & firmiſſimi operis. Liberam ſe dicit & Imperialem reclamante Archiepiſcopo.
- Sarburgum: *Sarburg*, ad Fl. Sarum *Sar*, in quo piſces plateſſæ Auſonij, nunc *plateis*: in Regione *Veſtrik*, vrbs Imperialis, ſed iuris iam Archiepiſcopalis.
- Boppardia, aliàs Bodobriga: *Boppart*, ſeu *Bopparten*,

non procul à Rheno ab Henrico VII. Archiep. oppignerata, iuxta caſtrũ dictum Domus Regia.
Veldentium: *Veldentz*, caput Comitatus in Regione *Hunſruk*.
Palatiolum: *Pfalz*, ad Moſellam, vulgus credit à Cæſare conditum.
Veſelia inferior: *Ober-Veſel*, tribuitur malè ab aliis Palatino, ad Rhenum ſita eſt.
le Treuirois. Hermanſtinum: *Hermanſtein*, munitio Germaniæ firmiſſima, oppoſita Confluentiæ, olim *Ehrenbrechſtein*.
EIFFELDIA, *pays d'Eiffeld.* Confluentiæ: *Coblens*, vbi Moſella cadit in Rhenum.
Vitellicum: *Viſlich*, vbi ferè degit Elector.
Mons Regalis: *Mont-real.*

ARCHIEPISCOPATUS MOGUNTINUS

Moguntia: *Mayence*, Germanis *Moen*, penè ad confluentias Mœni, & Rheni: vrbs perantiqua, hoc ſæpe ſæculo capta, ſæpe recepta.
Bingium: *Bingen*, vbi Fl. *Naldt*, ſeu *Nab*, cadit in Rhenum. Iuxta hanc vrbem in medio Rheno Turris Murium, vulgò *Meuſtheur*, vbi Archiepiſcopus, qui pauperes combuſſerat, voratus eſt à muribus.
Aſchaffenburgum: *Aſchenbourg*, ſeu *Aſchbourg*, ad Mœnum, hic palatium egregium Electoris, vbi æſtate commoratur.
Frideberga: *Fridberg*, in Vetterauiâ, vrbs olim Imperialis.
Hœſta: *Hæſt*, ſeu *Hoſt*, vbi Nidda & Mœnus confluunt: habet caſtrum, & nobile portorium.
Rhineca: *Rhinek*, caput Comitatus, alio nomine *Lhor*.
Miltenburgum: *Miltenbourg*.
Fritzelaria: *Fritzlar*, in Heſſiâ.
Omeneburgum: *Omenebourg*, verſus Heſſiam.
Gelnuſa: *Gelenhauſen*, vrbs Imperialis.

le Moguntinois.

RHINGAVIA *le Rhingau.*
- Erneſeldia: *Ernfeld.*
- Aquæ calidæ, ſeu Viſbadium: *Viſbaden*, quò confluunt multi ægri, hæ enim aquæ ſalutares in primis.

EISFELDIA *le pays d'Eiſfeld ou d'Eichsfeld.*
- Empta ab Archiepiſcopo olim à Comitibus *de Glicheſtein*. Hic mons Stufferbegus, vbi aliàs idolũ Stuffo ex quo dæmon loquebatur, quẽ S. Bonifacius reddidit elinguem.
- Dudderſtadium: *Dudderſtad.*

Erfordia: *Erford*, in Thuringia cum aliquot aliis locis olim, ſed commutati ſunt cum Saxone, & aſſignati reditus in Palatinatu.

ARCHIEPISCOPATVS COLONIENSIS *le Colo-*
- COLONIA: *Cologne*, Germanis *Coln*, vrbs duplici muro & foſſa munita, ditiſſima, & monaſteriis refertiſſima, prima vrbium Ruſticarum Imperij.
- Diuitenſe munimentum: *Duitſch*, in altera Rheni ripa è regione Coloniæ.
- Bonna: *Bonne*, Germanis *Boon*, in planitie fertiliſſimâ; hícque ſæpè commoratur Elector.
- Brielium: *Briel*, ſeu *Bruel*, caſtello egregio decoratum, Electoris quoque ſedes.
- Zontium: *Zoont*, ſeu *Zonsk*, portorium Archiepiſcopi nobile ad Rhenum: quare hîc caſtrũ egregiè munitũ.
- Noueſium: *Nuys*, olim ad Rhenum, nunc ad Fl. *Erpt*, paulò antequam cadat in Rhenum: in hiſtoriis celeberrimum eſt.
- Andernachum: *Andernach*, loco peramœno vrbs ſita, vbi Elector frequentiſſimè degit.
- Rhinoberga: *Rhinberg*, à quibuſdam Cliuenſi Ducatui annumerata, vnde & decerpta eſt: præſidium Hiſpanum habet, ſed portorium eſt Electoris.
- COMITATVS ANSPERGENSIS, *le Comté d'Anſperg*, aliter *le pays de Langrie*, ſeu *Angern* Germanicè.
  - Anſperga: *Anſperg*, ad Fl. *Roer* conceſſa à Godefrido eius Comite & pœnitẽte quòd Arch. iniuſtè vexaſſet: hîc palatium ære tectum, vbi Elector aliquando commoratur.

nois. Præpositvra Stablensis: *Stablo*, verſus Lucenburgum cum Regiunculâ fertiliſſimâ.

CAPVT IX.

Regiones Controuerſæ, les pays debattus au deçà du Rhin, *& Epiſcopatus Leodienſis.*

Olim Dux Cliuenſis poſſedit regiones omnes, quæ poſtmodum tantâ contentione ab eius hæredibus prenſatæ ſunt, Ducatus Iuliacenſem, Bergenſem ſeu Montenſem, Comitatus Marchiæ, & Rauenſpurgi cum Dominio Rauenſtino. Sed Ioannes Guilielmus Dux vltimus moriens cum hæreditate multa bella ſuis ſucceſſoribus reliquit, hoc eſt Marchioni Brandeburgico, & Duci Neoburgenſi *de Neubourg*: huius enim partes fouebant Hiſpani, illius Batavi. Sed cùm diu inter duos populos certatum eſſet, tandem ſic fœdus percuſſum eſt inter Principes, vt Dux Neoburgenſis Ducatus Bergenſem, & Iuliacenſem retineret, reliqua Brandeburgicus auferret: Hiſpani ſeruarent Iuliacum, Sittardum & Orſoyum, Batavi Emmerichum, Reeſium, & Veſeliam, donec à Principibus, quibus opem tulerant, ſatisfieret. De Ducatu Bergenſi, & Comitatu Marchiæ agemus in Veſtphaliâ.

Episcopatvs Leodiensis regione perferaci ſitus, quem aliqui malè Belgio attribuunt, certè in illud procurrit. Eius ditionis Dynaſta Imperij Princeps eſt, & à populo deligitur ex Capitulo S. Lamberti, poſteàque à ſummo Pontifice confirmatur. Quàm ſæpe autem hi populi contra Dominum ſuum rebellarint, & quàm grauiter multati fuerint ex hiſtoriâ Gallicâ repetes. Partes quoque aliquæ Lucenburgici, Namurcici, & Hannouici tractuum ad eum pertinent, & in illos excurrit eius ditio.

DVCATVS IVLIACENSIS:

Ivliacvm: *Iulliers*, Germanis *Gulik*, ad Fl. *Roer*, ſeu *Ruer*, caſtello munita ciuitas in rupe ſito extra cuniculorum ductum.

Aquiſgranum: *Aix la Chapelle*, Flandris *Aken*, Germanis *Aack*, olim Imperatoris Caroli Magni deliciæ. Quidam ſic dictum volunt, vel ab Aquis, vel palatio Grani cuiuſdam, qui ſub Hadriano hîc ſedit.